

· SECUNDUM ·

10 CLI X SOL

Haec in prouerbiis loquutus sum uobis · uenit hora ·
cum iam non in prouerbiis loquar uobis · sed palam
de patre adnuntiabo uobis · illo die in nomine meo
petitis · & non dico uobis · quia ego rogabo patrem de
uobis · ipse enim pater amat uos · quia uos me amastis ·
& credidistis · quia ego adō exiui · exiui a patre · & ueni
in mundum · iterum relinquo mundum · & uado
ad patrem · dicunt ei discipuli eius ·

Ecce nunc palam loqueris · & prouerbium nullum
dicis · Nunc scimus quia scis omnia · & non opus est
tibi ut quis te interroget · In hoc credimus quia adō existi ·

10 CLII · M CCLXXXIIII MR CLXVIII ·

Respondit eis ihs · modo creditis · ecce uenit hora & iā uenit ·
ut dispergamini unusquisque in propria · & me solū
relinquatis · & non sum solus · quia pater mecum est ·

10 CLIII · X SOL

Haec loquutus sum uobis · ut in me pacem habeatis · in
mundo processuram habetis · sed confidite ego uici mundū ·

Haec loquutus est ihs · & sublevatis oculis in caelum dixit ·
pater uenit hora clarifica filium tuum · ut filius tuus
clarificet te · Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis ·
ut omne quod dedisti ei · det eis uitam aeternam · haec
est autem uita aeterna · ut cognoscant te solum dm̄
uerum · & quem misisti ihm̄ xpm̄ · ego te clarificaui
super terram · opus consummaui · quod dedisti mihi
ut faciam · & nunc clarificame tu pater apud te met
ipsum · claritate · quam habui priusquam mundus
esset apud te · manifestaui nomen tuum hominibus
quos dedisti mihi de mundo · tui erant · & mihi eos
dedisti · & sermonem tuum seruauerunt · & nunc

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscbibl93/0302